ENGELBERTUS ADMONTENSIS
Klosterneuburg, 1384 Seite 12r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



precepti dimi· continuo excluso et eiecto pre-
clusam esse viam paradisi et beatitudinis
ad quam si perstitisset fuerat perducendus· sicut
dicitur Gen· iij· quod posuit dominus cherubin et
flammeum gladium versatilem ad custodiendam
viam ligni vite etc· Item videns
ex per legem gratiam impletam perfice et mi-
tum mortis est denuo paratam esse viam homi-
ni reclusam ad perveniendum ad usum et esum
veri ligni vite vite qua possit homo vivere
in eternum dum modo in ipsa via homo ambulare
vellet· et posset immaculatus quod utique sine
gratia nec vult nec potest· cum gaudio exclamat
et proponit dicens Beati immaculati in via· q· d·
Via paradisi dudum et diu preclusa modo reclu-
sa est in qua tamen non omnes voluerunt et possunt am-
bulare immaculati· et ideo non omnes beati· Beati
ergo sunt et erunt qui volunt et possunt per gratiam am-
bulare in ipsa immaculati ¶ De hac ergo
via reseratam per mortem est que ducat et reducit
ad beatitudinem amissam· et de gratia qua vi-
atores velit et possit ipsam viam incipere
et in ipsa via perficere ad perfectum in statu vite
active et contemplative ut perveniat ad ter-
minum et comprehendat bravium· est sua inten-
cio principalis quam proponit in hoc primo versu
quod ad vitam actam sic incipiendo· Beati
immaculati etc· ¶ Et nota quod secundum Aug· non
agit in hoc psalmo de ipsa beatitudine cum beati-
tudo sit ipse finis quem intendit finis
autem in omnibus artibus et operibus sed ponitur
tamquam certus sed de via vera ducente ad beati-
tudinem· unde dicit Omnes volunt esse beati sed
de via in via erant per quam ad beatitudinem
tendant et perveniant ¶ Sed quia sicut dicit Aug·
xix· libro de civitate dei· Multi multa de ipsa

beatitudine in quo consistat et quomodo ad eam
perveniri possit diversimode sentientes tanto
longius ab ipsa beatitudine exciderunt quanto
plura de illa indigne et incongrue estimaverunt
cum vera beatitudo non possit esse nisi una
et in uno consistens· scilicet Luc· x· Porro unum
est necessarium ¶ Ideo notandum quod sicut colligitur ex verbis
Aug· in libro de beata vita· homines diversimode
querentes beatitudinem et in diversis multum
proprie comparantur navigantibus ad portum
aliquem destinatum cum signis et velis et
remis quibus dirigantur· Vita enim presens
videtur esse quasi quedam navigatio inter fluctus
huius mundi cuius portus est beatitudo quam omnes
intendunt et querunt· Naves vero sunt corda
hominum sicut exponit beda super illud Ja· iij· Ecce
naves cum sint magne etc· ¶ Tria vero illa
quibus ars navigandi administratur scilicet
vela· signa· et gubernacula· inveniuntur etiam
in navigatione ista ¶ Velum enim est hominis inten-
cio per quam cor humanum per naturale desiderium
respicit in ipsum beatitudinis portum ¶ Sig-
num vero est ratio humana· ad cuius demonstrationem
vel ad quoddam signum dirigitur ipsa intencio
¶ Gubernaculum autem est virtus mentis quo
simul intuitus et ratio movetur et fertur nec in finem in
ipsum portum ¶ Intencio vero humana re-
spectu veri boni erronea est et vaga· quia ratio
non innititur fidei tamquam certo signo· et virtus
mentis non innititur gratie tamquam dirigenti guber-
naculo· quia ad ordinandum portum vere beati-
tudinis sola fides est certissimum signum psalmus
Vias tuas domine demonstra mihi· et ad movendum
et ferendum intuitum cordis in ipsum sola gratia
est indeficiens gubernaculum psalmus· Dirige me
in veritate tua etc· ¶ Secundum predictam itaque

Navigantes